

» si timere accipere Mariam conjugem tuam,
 » non oportet intelligi de solemnis traditio-
 » ne, seu acceptione, quia phrasis illa: ac-
 » cipere uxorem, multiplex est in Scriptura,
 » Interdum enim significat uxorem ducere,
 » ut patet Genesis 4., & 6., interdum eam
 » cognoscere, ut exponit Lyranus Deute-
 » ron. 20. Quis est homo, qui despontit uxo-
 » rem, & non accipit eam? quanvis possit
 » etiam hic locus intelligi de receptione ad
 » cohabitandum, qua est alia illius vocis
 » significatio, sicut Genesis 12. dicitur: Ac-
 » cipe eam, & vade. Hoc ergo ultimo modo
 » sumi in citato loco Matth. Chrysostomus,
 » & Ambrosius supra exposuerunt.
 » Nam quia Joseph decreverat illam dimit-
 » tere, monetur, ne timeat cum illa coha-
 » bitare, ut supra dictum est. Supposito er-
 » go Scripturam nullo modo repugnare,
 » sine dubio est magis consequens & ratio-
 » ni consentaneum, ut nulla solemnitas
 » huic matrimonio defuerit ante conce-
 » ptionem Filii Dei. Primum quidem, quia
 » non est verisimile, sponsam solitam esse

» traduci ad cohabitandum cum Sponso
 » ante expletam omnem matrimonii cære-
 » moniam, & solemnitatem, sicut nunc sie-
 » ri videmus in familiis bene institutis, &
 » ordinatis. Deinde vero, quia cujusdam
 » incontinentiae excessus est, quod Sponsi
 » copulentur ante perfectam omnem ma-
 » trimonii cæremoniam; fuit ergo fini hu-
 » jus matrimonii consentaneum, & ad vi-
 » tandam omnem suspicionem valde con-
 » veniens, ut ante filii conceptionem fue-
 » rit matrimonium omni ex parte perfe-
 » ctum. Quo circa supposita historia, quam
 » in capite hujus disputationis præmissus,
 » verisimile mihi est, B. Virginem non
 » redisse a templo in domum parentum,
 » qui fortasse jam mortui erant, ut Cædrenus
 » refert in compendio historie; sed post
 » expletam omnem matrimonii solemnita-
 » tem ab ipsis Sacerdotibus, immediate
 » darum esse Josepho, ut Gregorius Nys-
 » senus, & alii Patres, ibi citati, indi-
 » cant.

DISSERTATIO CCX.

De Concordia matrimonii in Deipara cum Virginitatis

voto, antecedenter emissio. An rite, ac legitime

B. Virgo matrimonium contraxerit cum S. Jo-
seph, non obstante, quod antecedenter ab-
solute emiserit Virginitatis votum?

In qua quisque ætate purissimi
Sponsi matrimonium
contraxerit?

PRIMO ad difficultatem hanc
 vitandam, concordia scilicet
 matrimonii cum Virginitatis
 voto antecedenter
 emissio, Julianus, Pelagii
 Sectator, commentus est,
 inter Sacratissimam Deiparam, ac B. Joseph,
 verum non fuisse matrimonium;
 ut testatur Augustinus lib. 1. de nuptiis
 cap. 11. & lib. 5. contra Julianum cap. 12.
 quem simul irridet, & confutat verbis
 hisce: *Contra me conar is offendere, quia in*
Maria, & Josepho concubitus desuit, nullo
modo fuisse conjugum. Ac per hoc secundum

te, cum desiterint concubere conjuges, jam
 non erunt conjuges, & divortium erit illa-
 tessio. Quod ne contingat; agant, si pos-
 sunt, decrepiti, quod juvenes agebant: &
 ab hoc opere, quo etiam continens nimium
 deleffavist, nec in effatis corporibus parcant.
 Secundo. Alii Hæretici, de quibus loquuti
 fuimus supra, aliam commenti sunt in-
 faniam, eadem difficultate pressi; nim-
 rum, quod inter Sacratissimos Sponsos
 carnalis copula intercesserit, unde Christum
 æquè dixerunt Mariæ, ac Josephi
 filium fuisse. Hi fuerunt Cerinthiani,
 Ebioniti, aliquique, ut superius dictum est.

Ter-